

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Eliphaz arguit Jobum superbis, impatientis et blasphemis in Deum; in cuius oculis dixit neminem mundum aut innocentem inveniri: describit deinde impiorum hypocritarum multiplicem nequitiam, terrorem, penam et maledictionem.

1. Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: 2. Numquid sapiens respondet quasi in ventum loquens, et implebit ardore stomachum suum? 3. Arguis verbis eum qui non est aequalis tibi, et loqueris quod tibi non expedit. 4. Quantum in te est, evacuasti timorem, et tulisti preces coram Deo. 5. Docuit enim iniquitas tua os tuum, et imitaris linguam blasphemantium. 6. Condemnabit te os tuum, et non ego: et labia tua respondebunt tibi. 7. Numquid primus homo tu natus es, et ante colles formatus? 8. Numquid consilium Dei audisti, et inferior te erit ejus sapientia. 9. Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? 10. Et senes et antiqui sunt in nobis, multo vetustiores quam patres tui. 11. Numquid grande est ut consolatur te Deus? sed verba tua prava hoc prohibent. 12. Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans, attonitas habes oculos? 13. Quid timet contra Deum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo hujusemodi sermones? 14. Quid est homo, ut immaculatus sit, et ut justus appareat natus de muliere? 15. Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, et caeli non sunt mundi in conspectu ejus. 16. Quanto magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? 17. Ostendam tibi, audi me: quod vidi narabo tibi. 18. Sapientes conitentur, et non abscondunt patres suos. 19. Quibus solis data est terra, et non transivit alienus per eos. 20. Cunctis diebus suis impius superbit, et numeris annorum incertus est tyrannidis ejus. 21. Sonitus terroris semper in auribus illius: et cum pax sit, ille semper insidias suscipitur. 22. Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspiciens undique gladium. 23. Cum se moverit ad quaerendum panem, novit quod paratus sit in manu ejus tenebrarum dies. 24. Terretur eum tribulatio, et angustia vallabit eum, sicut regem qui praeparatur ad praedium. 25. Tetendit enim adversus Deum manum suam, et contra Omnipotentem roboratus est. 26. Cucurrit adversus eum erecto collo, et pugni corvix armatus est. 27. Operuit faciem ejus crassitudo, et de lateribus ejus arvina dependet. 28. Habitavit in civitatibus desolatis, et in domibus desertis, quae in tumulos sunt redactae. 29. Non ditabitur, nec perseverabit substantia ejus, nec mittit in terra radicem suam. 30. Non recedit de tenebris: ramos ejus arefaciet flamma, et auferetur spiritus oris sui. 31. Non credit frustra errare deceptus, quod aliquo pretio redimentus sit. 32. Antequam dies ejus impleantur, peribit: et manus ejus arescent. 33. Cadetur quasi vinea in primo flore botrus ejus, et quasi oliva projiciens florem suum. 34. Congregatio enim hypocrite sterilis, et ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. 35. Concepit dolorem, et peperit iniquitatem, et uteris ejus praeparat dolos.

1 et 2. RESPONDENS AUTEM ELIPHAZ THEMANITES DIXIT: NUMQUID SAPIENS RESPONDET QUASI IN VENTUM LOQUENS, ET IMPLEBIT ARDORE STOMACHUM SUUM? — Notandum hic cum Bolducio, rationem et sermionem in hac disputatione servatum esse perquam accurate non solum circa subjectum et dicendi

materiam, sed etiam quoad disputationes. materiae quidem ratio habetur et ordo in hoc. quod sicut Job in principio ultimum responsionis, quae a cap. xii cepit, per quatuor primos versus Sophorem et socios ignorantiae et popularis doctrinae nec non malitiae reprehendit. — quod

Tres sessiones sent. in disputatione amicum cum Jobo.

Quilibet amicum pro sociis causam dicit.

Prover. Eivm: In ventum loquit.

ab eis stolidus haberetur, quia ad Deum sermonem suum lamentationemque converterat: ita nunc Eliphaz ab eodem capite respondendi ducit exordium Jobi ignorantiam elevando, quasi nihil alienius ponderis ulliusve momenti attulerit. Decorum vero atque inter disputantes hic ordo servatur, ut uno loquente caeteri taceant; et alter alteri vicissim tempus concedat disserendi.

Horum porro trium amicorum cum Jobo disputationis tres fuerunt veluti sessiones; quarum prima incipit a cap. iv usque ad hoc xv; secunda vero a xv usque ad xxii; tertia denique a xxii usque ad xxxi inclusive, in cuius fine dicitur:

« Finita sunt verba Job, » ut notum sit tibi disputationem cum amicis terminari: nam statim incipit caput xxii hoc modo: « Omiserunt autem tres viri isti respondere Job, » etc. In unaquaque autem harum sessionum talis ordo ubique servatur, ut Eliphaz primus, Baldad secundus, Sophar vero tertius loquatur, et quilibet pro suis sociis velut in solidum respondeat, ut modo patet: Sopharis enim defensionem contra Jobum manifeste assumit Eliphaz cum quadam acrimonia dicens: « Numquid sapiens (qualis esse et videri vis) respondebit quasi in ventum loquens? (id est pro seriis reddet vana et impertinentia responsa? idque cum) ardore (seu ira) stomachi, » id est mentis et animi sui? sicut enim stomachus cibum concoquit digeritque, ita mens verba rationesque exogit, ponderat et designat.

Obijcerat superius Job cap. vi, 26, amicis suis quod in ventum verba proferrent: quo dicto, uti apparet, vehementer offensus Eliphaz, tantam gravem injuriam digesto difficilem, quam concoquere nondum poterat, iisdem plane verbis in Jobum regegit ac retorquet. Est autem locutio proverbialis dicta metaphora a titivillis, floccis, glutis, et similibus, quae quod nullius ponderis sunt, a vento auferuntur. Sic ergo capiendum est adagium hoc: *In ventum loqui*, ut idem sit quod, vana, frivola, inutilia, otiosa proferre: quae ut *ἀνευαῖον*, irrita et inania a ventis rapiuntur, et instar levium rerum nulliusque frugis intereant. Eodem sensu apud Jeremiam cap. v, 13: « Prophetae fuerunt in ventum locuti: » tale est et illud Pauli I Corinth. xiv, 9: « Eritis enim in aera loquentes; » et Plautinum: « Austrum perculti; » et Graecum, *ἀνευαῖον λαλεῖν*. *Intori loqueris*; et apud Suidam, *ἀνευαῖον λαλεῖν*, *vento ratiocinans*. Claudianus: « Mandare Noti fabris » dixit *De Bell. Gildon.*, pro mandare oblivioni; Plautus: « Fabulari ventos. » Virgilius lib. ix *Aeneid*:

Multa patri portandi: Abut nos data; sed aurum Oecus discipunt, et nubibus irrita donant.

Et lib. vi: *Follis tantum ne carmine munda, Ne turbata adest capillis haurientia ventis.*

Et lib. xi: *Amib; et voti Plutibus sacra lere partem Mente debet, partem voloces disperdit in auras.*

Sane *ventosa* vulgo dicuntur verba sonantia atque immoderatus inflata, in quibus nihil est ponderis, nihil sensus, quae strepitu terrent, non tamen feriunt; et *ventosa lingua*, quae grandia praedicat, fallacibus tantum inflata verbis, et manifestis consuta mendaciis: sic *ventosam* Brancium linguam appellavit Turnus, qui cum timido et inbelli animo esset, grandia tamen de bello resonabat, de quo Virgilius lib. xi:

An tibi Mavors Ventosa in lingua pedibusque fugacibus istis Semper erit?

Eadem S. Augustinus tom. I, lib. III *Contra Acad.* cap. vii, habet; ubi ait, inania quaedam et ventosa verba collegisse Tullium, quae a Graeculorum levitate non abhorrent; qui sibi prima quaeque quae amplissima arrogant. His ergo verbis Eliphaz *insipientem* appellat Jobum, cujus oratio nullum habeat usum, nisi ut aere verberet, et ab illo in omnem partem dissipatus evanescat. Quod autem addit,

ET IMPLEBIT ARDORE STOMACHUM SUUM, — aliud Jobo peccatum objicit, quod in sapientem cadere non putat, quia excedit cum arguitur, et altereanti secum aut adnomentum cum stomacho et indignatione respondet. Quae sane sententia verissima est, et Spiritus Sancti oraculo confirmata, sic enim monet Sapiens *Prover. ix, 7*: « Qui erudit derisorem ipse injuriam sibi facit: et qui arguit impium sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te: argue sapientem, et diliget te: » verissima, inquam, est haec sententia, minus tamen ad rem facit, quia in mores et orationem Jobi nullo modo cadit. Caeterum *ardore stomachum implere* nihil est aliud quam forem animo concipere, et intus aestuare, idque agere ac cupere, ut acerbatis virus in molestum hominem aut in monitorem parum opportunum erumpat. Stomachus autem, sicut etiam venter, in Scriptura sacra pro corde aut etiam animo sumitur: quare dum a stutare aut ardere dicitur stomachus, nihil dicitur aliud quam animum forem aut forem in animo inflammari: ita Sanctius noster. Pro verbo autem *ardorem* in Hebraeo legitur *קדקד* *kadim*, hoc est *Eurus*, qui est ventus ab ortu flans, rapidus, praecipit, indomitus, adeoque callidus, ut in nonnullis regionibus quasi halita flammee fructus adurat: quocirca significanter admodum ab interprete Vulgato pro *קדקד* *kadim* verum est *ardore*. Atque in re praesenti implere stomachum ardore perinde erit ac implere animum indignatione rapida, indomita, quae potquam conflavit animus verba ignita et aculeata jaculatur.

3. ANGUIUS VERBIS EUM QUI NON EST AQUALIS TIBI, Vera. 3. ET LOQUERIS QUOD TIBI NON EXPEDIT. — Probat id Eliphaz Jobum arguit autem mendacis disceptare, qui longe atque adeo infinitis modis et tem-

Ventosa lingua est verba qua.

Quid sit ardore stomachum implere.

illat. Illo esset prestantior potentiorque, quem Job non semel visus est incussasse, quasi supra innocentium merita supplicium imponeret. Audacis profecto et insipientis animi est inire cum potentiore certamen, et inde gloriam captare, unde manifesta paratur ignominia. Porro pugnare cum Deo velle, et cum eo injuriarum agere, quasi minus æquus fuerit, et pœnas ab insonitibus exigat indebitas, id vero etiam impietatis est, et violata religionis execrandum facinus, quod nullo modo homini potest esse ex usu. Verum cum Eliphaz Jobi mentem minime assequeretur, quæ longe ab impietate atque insolentia aberat, in eam partem accipiebat, ut nihil sanum ac pium in Jobi cogitationibus ac verbis agnosceret. Accedebat præterea demonis in Jobum inflammata rabies, quæ avidissime in illius exitium ferebatur, quæ persuadere nimium credulis tribus hisce viris audacem esse Jobum et impium, dignumque quem verborum acerbitate compungerent. Quod ergo Job simpliciter et omni cum humilitate coram Deo, ut ab eo scire posset quam ob causam sic affligeretur, protulit, hoc in malam partem Eliphaz et socii interpretantur; quemadmodum ex eo quod subjungit manifestum est :

4. QUANTUM IN TE EST EVACUASTI TIMOREM, ET TU LISTI PRECES CORAM DEO. — Non modo significat Jobum abieccisse Dei reverentiam, et suas abstulisse preces; verum etiam pro virili sua exemplo illo egisse, ut ex aliorum animis omnis Dei cultus et pietas excideret : quia scilicet (ut Eliphaz quidem interpretatur) Job non orabat Deum, sed audacter cum eo disceptabat, quasi qui innocentes opprimeret; unde consequenter ait Jobum tollere piam et justam Dei providentiam, et per consequens ejus timorem, cultum et preces. Obijcit hoc loco Eliphaz Jobo sane gravissimum incommodum, sed quod minime consequatur ex iis quæ Job affirmaverat : non enim tollit *timorem* is, qui conscientia timoris ac pietatis maxime, qua Deum coluerat, suam causam apud eum dicere non dubitat; neque preces abijcit, qui conscientia, bene acte vite, cum qua preces, ut honeste sint, debent esse conjunctæ, fiduciam ad Deum habet. Maximum enim adjumentum est corroborandæ nostræ spei atque excitandæ bona conscientia, quare sacre literæ fundamentum quoddam solidum fiducie nostræ in sceleris vacuitate innocentiaque reponunt : diserite charus Deo Joannes monet I *Epist.* III, 10 : « Si cor nostrum non reprehenderit nos fiduciam habemus ad Deum. » Si tuta placidaque est conscientia, si nulla synteresis immurmurat, si mens in recessus et latebras animi contuens nihil videat quod divinæ legi voluntatque repugnet; oritur illa dulcis et jucunda fiducia propria filiorum Dei, et tristibus in rebus atque deploratis vadimus ad bonum et amantissimum genitorem, et depressum animum et ægrum attollimus certa spe opis et humanitatis. Cæterum Eliphaz sinistra semel de

Eliphaz non bono solo contra Jobum movetur.

Verb. 4. Eliphaz malo Jobum arguit invidiosus.

Bona conscientia fiducia fundamentum.

Jobo concepta opinione, quidquid ipse bonæ conscientie testimonio fretus summa cum fiducia in tantis doloribus apud Deum querebatur, sinistram omnino in partem interpretabatur ideoque acerbissimis ipsum verbis exepere porro pergit.

5. DOCEUIT ENIM INIQUITAS TUA OS TUUM, ET OMITARIS LINGUAM BLASPHEMANTIIUM. — Iniquitas autem dicitur doxuisse, hoc est instruxisse os, ut conceptas blasphemias horrendis verbis depromeret, quasi nequiret eas proferre nisi sub pessimo illo internæ impietatis magisterio. Possunt etiam Eliphazi verba duplicem hunc sensum admittere, q. d. Quia mala mente es verba tam arrogantia facis, sicut Christus dixit *Matth.* XII, 33 : « Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona : et malus homo de malo thesauro profert mala. » Vel aliter : Ex verbis oris tui cognoscitur iniquitas tua, nec judice alio opus est quam ore tuo, sicut Christus etiam dixit *ibid.* XXXVII : « Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis; » et *Ecclesiastes* cap. X, 42 : « Labia insipientis præcipitabunt eum; » quam sententiam Septuaginta intellexerunt ita converlentes, *ὅτι οὗτος ἐπιμαρτυρεῖ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ὁ θεὸς ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ κρίνει αὐτόν.* Sed in quæcumque partem accipiantur, non conveniunt in Jobum, non enim iniquitate imbutus istiusmodi verba fecit, sed optima conscientia teste, uti mox dicebamus, cujus gravissimum testimonium est : ita Stunica, qui in sequentibus verbis : « In tarris linguam blasphemantium, » vel, ut in Hebræo est, *astutorum*, et in Græco *δωροτόν, potentium*, conjicit Eliphaz alluisse ad eos qui turrim Babel ædificaverunt, quo se a Deo, si terram iterum inundatione evertere voluisset, defenderent; qui Deo resistere et repugnare velle videbantur. Dixerunt enim, ut narratur in *Genesis* cap. XI, 4 : « Venite, faciamus nobis civitatem et turrim, cujus cacumen pertingat ad cælum; » qui Deum ita offenderunt, ut ob eam rem eorum sermones sic confunderet, ut alius alium non intelligeret. Hi quidem blasphemiant, cum tantum Deo detraxerunt, ut humanis opibus ei se resistere posse putarent : erant etiam *versuti et sapientes*, ut Christus dicit, sæculi hujus, cum tam callidum susceperint consilium : erant et *potentes*, quod rem tantam moliebantur. Quos Eliphaz Jobum imitari dicit, quia cum Deo contendere et disceptare volebat; sed longe aliud est opibus, potentia et industria sua connixum velle quemquam Deo resistere; aliud est optimorum consiliorum conscientia fretum, quæ lege Dei atque ob eam rem cum Deo ipso conlittitur. Dei autem presidio munitus qui fuerit Deo resistere potest : ita enim Christus Deo repugnavit vehementer hominibus irato, et in semetipso nos Deo reconciliavit : ita Moyses *Exod.* XXXII, 10, se pro populo Israelico opposuit Deo, et averit indignationem ejus ab eis : ita Jacob *Gen.* XXXII, 24, cum Deo luctans, quæ res magnis mysteriis

Verb. 5. Eliphaz malo Jobum arguit blasphemantia.

Verb. 6.

Ore proprio condescendat proverbium apud Hebræos

plena est, illius benedictionem extorsit, quæ deinde fretus omnium inimicorum vim superavit.

Cæterum hic posset queri, quare id quod Hebræus legit *linguam astutorum*, Vulgatus transtulerit *linguam blasphemantium*, tanquam si idem sit lingua astutorum sive duplicium, et lingua blasphemantium; ergone astutia et duplicitas blasphemia dicitur? quid commune habet duplicitas cum blasphemia? Porro astutia et duplicitas adulterata verba sunt, mentitus vultus, infida opera, et cor aliud; blasphemia vero est temerarium verbum adversus divinitatem, aut forte opera verborum vice Deo contumeliosa; ergo astutia non est blasphemia. Est tamen, est omnino, nam, ut recte ait Basilius Seleucie *Orat.* 2 : « Operum perversitate in Deum contumeliosi sumus; » tante malitiæ perversitas contumelia est Dei : monstrum est unam esse, et simul non integrum, et multiplex; et contumelia est factoris, et blasphemia in Deum ejusmodi monstrum; unde homo duplex seu astutus jure merito blasphemus et sacrilegus nuncupatur.

6. CONDENABIT TE OS TUUM, ET NON EGO : ET LABIA TUA RESPONDEBUNT TIBI. — Non opus est, inquit, extrinsecis argumentis ut te refellam, verba quippe ipsa tua te insolentia, ac impietatis convincent : quis enim crimen esse non cognosceret, Deum ad disceptationem provocare, in iudicium omnium iudicem venire? Quæ cum tu labiis proferre et ore jactare audeas, os tuum et labia tua pro testimonio dicent in crimen te maximum incurrisse, sicut Christus dixit *Luc.* XIX, 22 : « De ore tuo te judico, serve nequam, » quæ criminis illatio pondus haberet maximum, nisi rectæ voluntatis conscientia staret a Jobo, cui lex Dei, quæ debilitari non potest, presidio est. Notat Maldonatus noster in *Matth.* cap. XII, hanc fuisse proverbialem phrasim apud Hebræos, qui illam usurpasse videntur, quando aliquem detam atroci crimine convincere volebant ex ejus ore, ut ei præ enormitate illud objicere nemo auderet, quemadmodum summus pontifex cum Christum interrogasset, et respondisset se esse Filium Dei, statim dixit *Luc.* XXII, 71 : « Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus ex ore ejus : » ita nunc Eliphaz volens inferre Jobum orasse paganorum et blasphemantium more per futurum potentiale ait : Loquela tua manifestum te facere potest; nollem unquam a meipso tantam tibi objicere injuriam, nisi ex ore tuo ipsi audivissem modum orandi Deum, quo uteris, qui paganorum potius est et blasphemantium Deum, quam fidelium et eorum qui verum Deum colunt. Porro ex eo quod Theophylactus id quod ait Christus apud *Matthæum*, *Matth.* XII, 37 : « Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis, » Scripturæ testimonium esse dicit, rite Maldonatus hinc esse desumptum conjicit : simile proverbium est et illud *Matth.* XIX, 21 : « De ore tuo te judico, » quod est adversus eos

qui suis ipsorum argumentis convinctur; et illud *Prov.* XII, 43 : « Propter peccata laborum ruina proximat malo, » de his qui suo ipsorum iudicio aut confessione pereunt, juxta illud I *Reg.* I, 16 : « Sanguis iustus super caput tuum. » Non procul hinc distat istud comici Terentii in *Adelphi*. Act. 5, scen. 8 :

Suo sibi hunc gladio jugulo.

Respexit huc et Hieronymus epist. ad *Magnum* : « Juxta fabulas poetarum suo se ense laceravit. » Sic apud Trebellium Pollionem in *Mario* addidisse hæc verba dicitur interemptor : « Hic est gladius quem ipse fecisti. »

7. NUMQUID PRIMUS HOMO TU NATUS ES, ET ANTE COLLES FORMATUS? — id est, cum cæteros homines præ te ita negligas et contemas, numquid alia te ratione existisses putas quam homines alii, non ex homine genitum, sed ante mundum factum? id enim significat cum addit : « Et ante colles formatus : » est enim synecdoche pars pro toto; quo tropo Sapiens usus est, ut sapientiæ divinæ antiquitatem exponeret, dicens *Prov.* VIII, 25 : « Necdum montes gravi mole constiterant, ante omnes colles ego parturiebar. » Hæc Eliphaz dixit, ut animum Jobi opinione quidem sua insolentem retunderet, et ironiam in se sociosque tortam æquivaleatibus ait etiam acerbioribus verbis retorqueret, q. d. Derisisti nos omnes, et ignorantie insimulasti, cum dixisti *cap. XII*, 2 : « Et vos estis soli homines, et vobiscum morietur sapientia. Quis enim hæc quæ nostis ignorat? » at « numquid tu primus homo natus es? » qui omni sapientia præditus, omnium rerum causas naturasque tam multis rationibus inter se discrepantes optime noverat. Fueris scilicet unus ex primis illis omnium parentibus, in quibus Deus *Ecclesi.* XVII, 7, « creavit scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum, » et mala et bona ostendit illis : posuit oculum suum super corda illorum, ostendere illis magna opera suorum, ut nomen sanctificationis collaudaret, et gloriari in mirabilibus illius, ut magna enarraret operum ejus : tu namque mira scilicet dixisti de hujusmodi operibus, quando nos ad brutas animantes rationis expertes, a quibus doceremus, remisisti dicens *cap. XII*, 7 : « Interroga jumenta, et docebunt te : et volatilia cæli, et indicabunt tibi : Loquere terræ, » etc. Ideo fortasse tu solus es homo scientia plenus, et tecum morietur sapientia, sicut perisset, si primævis ille parens noster Adam priusquam genuisset filios, quos sua sapientia imbueret, ex hac vita migrasset. Porro consulte admodum et prudenter interpretes vertit, ante colles formatus es, quod in Hebræo est, *ad facies collium*, indicans hoc in loco hunc hebraisimam prioritatem temporis denotare, non æqualitatem, quam aliquando significare *sup.* cap. III, 24 demonstravimus. Noverat quippe ubi de antiquitate montium et collium sermo est hanc phrasim

Ad facies hebraisimus prioritatem temporis quandoque denotant.

prioritatem denotare, quemadmodum patet ex pluribus Scripturae locis, ex quibus etiam discimus id quod vetustissimum est ante montes et colles factum dici solem, ut in loco ante citato Prov. vii, 26: «Antequam montes collocarentur, ante omnes colles (juxta Hebraeam, ad facies collium) ego parturiebar:» item Psalm. lxxxix, 2: «Priusquam montes fierent, aut formaretur terra et orbis:» imo Habac. iii, 7 montes vocantur eternitatis, id est aeterni: «Et contriti sunt montes saeculi,» alias eternitatis. Allegorice hic S. Augustinus et Philippus per colles intelligunt angelos, quasi sit sensus: «Numquid ante angelos formatus es?»

Vers. 8. NUMQUID CONSILIUM DEI AUDISTI, ET INFERIOR TE ERIT REUS SAPIENTIA? — Refellit hoc versu quod cum deo disputare velit dicens: Numquid Dei interfectus consilio? In Hebraeo est, *diminuetur tibi sapientia*, quod praeter eam sententiam, quam expressit Vulgatus interpres, potest et aliter, ut Hebraei volunt, explanari, q. d. Tantumne in consilio tui sapientiae imbibisti, ut aliis hominibus immunda et detracta esset, et tibi uni tota concessa? Quae explicatio placuit Septuaginta viris, nam ita locum hunc reddiderunt, *ut deus non desinat accipere, ad te autem accessit sapientia*. Quod si ita hunc locum exponamus, etiam hic versus pertinere videtur ad arguendum eo absurdo Jobum, quod omnibus hominibus sapienterem se esse existimet, cum ita amicos suos cum eo disserentes contemnat. Sed non arroganter, cum de hominis aequitate et iniquitate disputatur, contemnantur it, qui ex adversa fortuna alterum iniquum esse judicant, dicente Ecclesiastico cap. vii, 12: «Non irrideas hominem in amaritudine animae: est enim qui humiliat et exaltat circumspicitor Deus.» Nec arroganter is, qui nullo merito suo ab hominibus condemnandus, dicere causam suam optat apud eum, quem scit justum semper judicium exercere; valde tamen est difficile calliditose viro optima sua et honestissima consilia fortunatis hominibus probare, nam, ut ait Ecclesiastes cap. ix, 16: «Sapientia pauperis contempta est, et verba eius non sunt audita.»

Vers. 9. QUID NOSTI QUOD IGNOREMUS? QUID INTELLIGIS QUOD NESCIAMUS? — Non debemus, inquit, a te negligi, ut appelles nos «fabricatores mendacii» sup. cap. xii, 4, et optes ut silentio inscitiam nostram celemus, cum nihil tu scias quod nos ignoremus. Sed in qua ignorantia versarentur Job satis antea exposuerat cap. xiii, 7 dicens: «Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos?» etc. et eam forte rem nihil amicis suis Job probare nihil persuadere poterat, quod tanti suam facerent sapientiam, ut de nulla re ab eo se doceri posse putarent, di-

Qui sibi sapienter videtur difficile docetur.

cente Salomone Prov. xxvi, 12: «Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens;» et hac de causa «stultum fecit Deus sapientiam hujus mundi,» sapientemque stultitiam, ut Paulus testatur I Cor. i, 20, ad tradendum mundo evangelium: «Nos, inquit, stulti propter Christum.» Quinam illi? apostoli primum, deinde apostolici viri, pii denique omnes christiani; et usque nunc vere sapientiae amatores, non discipuli mundi, sed Dei, sacram insaniam insaniunt: est enim quorundam insaniam sanctorum, quae magna sapientia est, quam D. Ambrosius in Psalm. xxxix, *veram insaniam* appellat, cum in mundanis sint *faulse insanitiae*, ut regius Vates monet Psalm. xxxix, 3. Vera nempe sapientia est, sapere quae Dei sunt, et cognitionem ad bonam vitam et Dei cultum gloriamque referre, non infante scientia tumescere et efferi eorum more sapientum, qui cum sibi viderentur sapientes, ob superbiam et impie mentis inanitatem «stulti facti sunt,» ut idem Paulus alibi ait Rom. i, 22. Tales utique fuerunt tres amici illi, dum se Jobo sapientiori inaniter praetulerunt dicentes:

10. ET SENES ET ANTIQUI SUNT IN NOBIS HIEUS TUSTIORES QUAM PATRES TUI, — q. d. Etsi forte juniores te simos, apud nos tamen sunt antiqui et provecere aetatis magnaeque experientiae viri ac magistri, a quibus multa et recondita dogmata edocti sumus, ita ut haudquaquam te inferiores haberi debeamus, et vel in minimo tibi quaedam rerum omnium cognitionem cedendum sit. Senes autem hic vocat eos, qui res multas experti sunt, qui longo rerum usu magnam sibi scientiam comparauerunt: etenim de moribus et officiis scientia multo praeclearius experientia quam alterius doctrina tenetur; siquidem hae polissimum ratione prudentia constat, in qua universa de moribus disciplina vertitur. Intellexit igitur interpres hic de viris senio confectis, qui sicut etate, ita consilio praestarent, sermonem fieri, non de parentibus aut progenitoribus, ideoque per plurale expressit id quod in singulari notant Hebraei, in quibus legitur, *etiam canus, etiam decrepatus inter nos et provecrus pro patre tuo habebis*. Nihil tamen velat nos illa etiam de Jobi patre interpretari, q. d. Non ignoramus te ea omnia quae prolixius didicisse a tuo patre, qui vetustus-imus erat, et magna annorum multitudine venerandus; ac nec in hoc tibi cedere volumus, apud nos enim et in familiis nostris multo vetustiores provecioresque parentes, a quibus scientiam nostram accepimus, existerunt; ideoque non est cur tantopere nostram floccipendas sapientiam, uti facis: imo nostram omnimode vincit ac superat: habemus enim praestantissimos officii et theologiae magistros. Ubi observa magistros in omni ferme idiomate appellari et salutaris parentes; et apud Themanitas scholas esse antiquas docet Jeremias cap. xli, 7, easque sapientiae laude floruisse: «Numquid, inquit, non ultra est sapientia in Theman?» etc.: celebra-

Vers. 10.

Experientia optima parit scientiam.

Temeraria olim sapientia studio celebrata.

eadem pene habes apud Abdiam. Fortassis etiam apud Husilas scholae fuerunt, non tamen adeo antiquae et celebres, neque tam viris sapientiae studiosis frequentatae. Atque ideo Eliphaz Themanites dicit quod se multo antiquiores fuisse senes seu patres aut magistros: ita Stunica, Sanctus et Bolduens.

Vers. 11. NUMQUID GRANDE EST UT CONSOLETUR TE DEUS SED VERBA TUA PRAVA HOC PROHIBENT. — Non esset, inquit, Deo difficile miseras tuas sublevare, teque in pristinum felicitatis statum resituere; sed id seclera tua impediunt, quorum penas tanto par est ut supplicio pendas. Speciatim autem taxat linguae procaecitatem, quae tantum abest, ut sedet iratum Deum, ut potius illum acuat, et ad vindictam inflammet vehementius, juxta illud Davidis Psalm. xi, 3: «Disperdet Dominus universae labia dolosa et linguam magniloquam;» quo in loco supplicii acerbitas sceleris magnitudinem ostendit et impietatem erga Deum, in quam ille labuntur facilius qui de se alte sentiunt et loquuntur, ac buccis tumentibus inflata verba trutinantur; quos vates Sophonias *magniloquos superbia* vocat dicens Soph. iii, 31: «Auferam de medio tui magis quos superbiae tuae,» id est ut Judas apostolus ait cap. xvi: «Quorum os loquitur superba,» qui nempe linguam suam magnificant contra quam Abdias Deus veterat cap. xii: «Non magnificabis os tuum.» Daniel cap. vii, 8 istiusmodi hominibus attribuit *os loquens ingentia*, id est os tumidum, arrogans, jactabundum, quod «disperdet Dominus,» hoc est, ut festive exponit Hugo Cardinalis, *bis perdet*, animo videlicet et corpore. Sed ut ista quam optime quadrat in eos qui magnifice de se et suis rebus gloriantur, et sine pudore adversus Deum insolescunt; peperam tamen humillimo et afflictissimo Jobo istiusmodi linguae crimina hic ab Eliphazo et sociis affinguntur, cum ipsomet Deo teste non peccarit labiis suis, nec loique fuit contra Deum locutus sit. Ceterum non satis quid Eliphazo verborum Jobi censorem iniquissimum egisse, nisi Deo soli reservatum cordis et cogitationum judicium impudenter usurparet dicens:

Vers. 12. QUID TE ELEVAT COR TUUM, ET QUASI MAGNA COGITANS ATTONITUS HABES OCULOS? — Carpit Jobum, quod animo extollitur, et cordis motibus audacia et impietate plenis, ut ipse quidem interpretatur, se sinat efferi; cordis autem et oculorum meminit, quia superbia et arrogantia animo mentemque primum concepit, ac deinde potissimum oculis significatur. Non potest latere factus animi et exaltatio cordis. Prodit se foras, ac patet per gestus corporis, quantumvis dissimulet superbum, et erumpit potissimum per oculos, qui sunt animae sensorum indices: hanc unam partem corporis Cicero vocat lib. iii *De Orat.*, quae quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes possit efficere; et oculos ait esse quorum tum intensione, tum remissione, tum conjectu,

Vers. 12. Superbia corde concepitur, mentis magniloquentia.

tum hilaritate motus animorum significantur: hos item naturam dedisse nobis, ut equo aut leoni jubeas, caudam, aures ad motus animorum declarandos: praeterea ut imago est animi vulvis, sic indices esse oculos: denique duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere naturam voluisse. Etenim ex his virtutes villaque cognoscimus, iratum vel propitium animum, laetum aut afflictum per oculos; siquidem in iis mœror, in iis gaudium, in illis hians et indomita cupiditas, in iis Venus et libido cubat, in iis quoque modestia mentis expingitur. Illoc intellexit Christus dicens Luc. xi, 34: «Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.» Sed et medici idem indicant; inter quos Levinus Lemnius lib. IV *De Occult. nat. mirac.* cap. vi, sic scribit, quod huic loco optime quadrat: «Instabiles oculi, pernicitantes, mobiles, inquieti, inconstantes, mentis alienationem et delirium designant: languidi, humentes, flaccidi, lacrymis perlusi, tenebrosi, tremuli, rigidi, vibrantes, tumidi, cavi, conditi, obtusi, conniventes (quales juxta hebraeos textum hic Jobi oculi esse dicuntur) praeter diversos animi affectus in sanis, tum in aegrotis non sine vitae periculis cerebri intemperiem, ex humorum copia vel defectu, caliditate vel frigidityte demonstrant.» Huc referri potest quod Aristoteles et Adamantius physiognomici observaverunt; eos videlicet, quibus sub-sanguineos oculos natura tribuit, esse invencendos et audaces: iracundos, quibus siccos; ebriositate humidos oculos denotare subrubrescentes; si late pateant, intemperantis oris hominem, mulierosum et stolidum; si glauci sanguineique fuerint, hinc calliditatem, inde vesaniae profusionem audaciam arguere. Hinc etiam apud Homerum *Iliad.* 2, vers. 159, Achilles caninos oculos ob impudentiam obicit Agamemnoni, vocans ipsum *κακωτα*, quod canes plurimum oculis sanguine suffusus conspiciatur. Hic igitur Eliphaz *attonitus*, vel, ut in Hebraeo est, *conviventes* aut nictantes oculos Jobo exprobat, qui delirium et mentis elevationem signant; ipsumque arguit, ac si verbi et nitibus oculorum arrogantiam atque superbiam suam erga Deum nimis aperte profuderit, uti verba sequentia manifestis declarant.

13 et 14. QUID TUMET CONTRA DEUM SPIRITUS TUUS, UT PROFERAS DE ORE TUO HUCUSMODI SERMONES? (q. d. Quis te, o Jobe, furor invasit, quae arripuit amentia? quid contra Deum meditatur spiritus tuus, ut talia contra Altissimum impudenter effutias, qualia si sciperes, contra tuae conditionis et ordinis hominem non auderes? Hae clara sunt, et ex praecedentibus proxime versiculis manifesta.) Quid EST HOMO UT IMMACULATUS SIT, ET UT JUSTUS APPAREAT NATUS DE MULIERE? — A principio capitis huc usque nihil aliud fecit Eliphaz, quam Jobi sermones in genere tanquam vanos, futiles,

Vers. 13 et 14.

Nemo potest gloriarri de

ma gn- rita.

mendaces, arrogantes et iracundia plenos arguere; nunc autem per partes declarare incipit in quo stet hujusmodi Jobi superbia: nimirum in eo, quod coram Deo agens, illumque alloquens, sese tanquam justum atque ab omni labe peccati purum predicaverit, dicens cap. xiii, 18: « Si fuero judicatus, scio quod justus inveniar. » In quæ verba hic Eliphaz invehitur, et Jobum impudentis ejusdam insolentia accusat, quasi sibi arroget, quod nemo mortalium possit aut ausit sine maxima temeritate et falsitate. Quis enim non immundus de immundo conceptus semine, et in mulieris immunda vulva coagulatus? id quod Jobus ipse paulo ante dixerat capite præcedenti: quem suis ipsis verbis componit Eliphaz, et tanquam immemorem et insipientem arguit. Quod quidem non immerito faceret, ipsumque proprio, ut versu sexto dictum est, testimonio condemnaret, si Job illud sibi Pelagianum persuasisset, natura vel viribus suis se justum esse: sed cum Dei presidio per Christum servatorem, in quem venturum firmissime credebat, se culpa vacare putaret, nihil hoc argumento refellitur, quod homo sit, et muliere natus, dicente Paulo Rom. v, 15: « Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in pluribus abundavit. » Et paucis interjectis addit *ibid.* vers. 21: « Ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam per Jesum Christum Dominum nostrum. »

Jobstam paritiam non sibi, sed Deo acceptam referrebat.

13. ECCE INTER SANTOS EJUS NEMO IMMUTABILIS; ET CÆLI NON SUNT MUNDI IN CONSPECTU EJUS. — Inter angelos, inquit, nemo est ex natura sua per se immutabilis, ac naturali flexibilitate liber; sed nec cæli per se mundi sunt, quia polli possunt, et quodammodo polluti sunt, peccato demonum; quos proinde tanquam sordidas fæces a se expulerunt; vel metonymice cum Chaldeo, cæli, id est cœlites, non sunt mundi comparatione divinæ munditiæ: quia, ut recte S. Dionysius ait, lux omnis et mundities creata increate comparata non videtur esse lux, sed tenebræ, aut umbra lucis. Quo vult significare, comparatione illius puritatis infinitæ, quæ in eo honorum oceano mirabiliter exundat, creaturæ omnium rerum munditiam vix ullam esse; tantum videlicet omni ex parte supereminet. Hoc idem aut paululum immutatum superius dixerat Eliphaz cap. iv, 18: « Ecce qui servant ei non sunt stabiles: et in angelis suis reperit pravitatem, » quod sibi in nocturna visione revelatum affirmarat, atque ideo minus nobis hoc loco laborandum, cum inde peti explicatio possit. Ne que est cur anxie disquiramus, an idem prorsus ex omni parte sit argumentum, quasi rudis, importunus aut molestus disputator videatur Eliphaz, si eandem argumentationem repetat: non enim hebetis ingenii signum est, idem argumentum, cui satisfactum non videatur, resumere,

præsertim cum arotius premitur, aut ex eo quid aliud inferatur: quod hic fit, ut patet ex comparatione loci utriusque: in capite enim quarto ex casu angelorum inultis quoque homines impios periburos dicens: « Quanto magis qui habitant domos luteas, » etc., hic vero ex natura detestabili seu vitiosa et ex facilitate peccandi inferet Jobum non posse scire se esse justum; quod magis urget, estque ad id probandum doctissimum et acutissimum argumentum. Nam Job scire non poterat se justum esse, nisi sciret se omnino esse immutabilem, ita ut nec scelus admittere, neque ab officio desciscere posset: si enim id pro explorato non haberet, unde sciret se non peccasse, cum peccare potuerit? nam quamvis nullius sibi peccati conscius sit, cum tamen poterit peccare, relinquatur magnus dubitandi locus, utrum peccarit: nemo enim omnes animi sui motus pro comperto habere potest ejusmodi fuerint, cum varii et infiniti prope sint: qua de causa facile subrepre delictum potest. Quod doctissime docuit Paulus dicens I *Corinth.* iv, 4: « Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc justificatus sum. » Et ob eam rem Christum affirmasse puto *Marc.* x, 18: « Nemo bonus nisi unus Deus: » hunc enim pro certo bonum esse affirmamus, qui a bonitate non potest desciscere; de cæteris autem, cum desciscere possint, nemo certo scit, utrum *boni* nominari possint. Ex majori igitur, quod sancti Dei non sint immutabiles, concludit id quod minus est, scilicet homines immutabiles esse non posse, et consequenter de illorum justitia certo nobis non constare.

Car Job non possit scire se esse justum.

16. QUANTO MAGIS ABOMINABILIS ET INUTILIS HOMO, QUI BIBIT QUASI AQUAM INIQUITATEM? — Homo jure *abominabilis* dicitur, quia nascitur Deo exosus (siquidem peccato originali omnes homines natura tenentur), et ob eam rem *inutilis* doctissime dicitur, non enim est natura sua idoneus aptusque ad finem suum consequendum, ex quo ratio petitur utilitatis: cum enim ut Paulus ait *Ephes.* ii, 3, omnes iræ filii natura simus, Deum finem nostrum consequi natura non possumus; inutilis igitur natura sumus: cumque insuper ad peccata propriis actibus committenda maxime propendeamus, facile perspicitur quam apte subdatur illud: *Bibit quasi aquam iniquitatem*, id est, sicut febricitans sitiens aquam avidissime et copiosissime haurit, ita peccator ex siti et febris concupiscentiæ suæ avidissime et copiosissime ejus delectationis fluxus haurit, etisque se immergit. Hæc ergo verba sic optime ab interpretibus accipiuntur, ut ipsis innuatur homo a prava consuetudine corruptus, qui humanitatis sensum si amisisse videatur, ut nullo jam animi dolore ac sensu in peccata, quantumvis gravia illa sint, ruat, non secus ac sitiens fervente aestu gelidam aquam, ad sedandam sitim et æstivum ardorem refrigerandum, ebibit. In vero comparationis vim (aut optimi explanatores Pineda et Sanc-

Vers. 16. Homo nascitur abominabilis et inutilis Deo exosus.

Bibere quasi aquam iniquitatem, quid?

Peribit ut quis sine illo timore peccant.

ti) quod aqua tum ob lenitatem et suavitatem, tum etiam ob vitilitatem, cum fontibus ultro et liberaliter scaturientibus fluvioque profluentibus sine ullo impendio patetur, nulla difficultate aut molestia ehibitur: quod sane in aliis liquoribus non contingit, qui, vel quia acres et acerbis, vel quia profusi sunt, non omnimoda facilitate parantur aut perpotantur, ut facile videre est. At enim vero ut optime hæc dicantur, eandem ego sententiam ex vulgari potius bonæ aquæ descriptione, a qua et colorem et saporem et odorem abesse volumus, his verbis appingere malim, ut dum peccatum quasi aqua ebibi dicitur, nullo jam pudore aut rubore, nullo animi remorsu aut timore perpetrari significetur; ad eum modum, quo de insanabili animo Seneca lib. I *De Ira*, cap. xvi, cum dixisset: « Tibi insanabilis animus est scelera scelericibus contensex; et jam non eausis, quæ malo nunquam defuturæ sunt, impelleris, sed satis tibi est magna ad peccandum causa peccare, (hoc est, ut bene exponit Justus Lipsius: « Quos non voluptas tantum aut illecebæ peccati, sed ipsum et infamia ejus delectant »): subjicit: « Peribitibi nequitiam, et ita visceribus immiscuisti, ut nisi cum ipsis exire non possit; » scite adstruus, ab eo, qui tam proclivis ad peccandum esset, nequitiam perhibitam nulla videlicet difficultate aut cunctatione susceptam. Itaque ille bibit iniquitatem quasi aquam, qui omnem timorem expuit, omnium scelerum generibus madet, et in omne peccatum effunditur. Qui vinum bibit, timet inebriari si plus æquo bibat, quapropter bibit temperate; sed bibens aquam ab hoc metu liber est, atque ideo non curat de tali temperamento: ita Lyranus. Audiendus hic quoque S. Gregorius, cujus hæc sunt verba dum hanc Jobi sententiam explicaret lib. XII *Moral.* cap. xviii: « Hoc quod conceditur cum mora glutitur, quia manditur ut glutitur; quod autem bibitur tanto ad glutendum moram non habet, quanto nullam et ad mandendum necessitatem habet. Culpa ergo quia a stulto homine sine ulla retractione perpetratur, quasi aqua iniquitas bibitur: quia enim illicita sine timore facit, quasi potum iniquitatis sine obstaculo glutit. » Eliphaz igitur cum pingere vellet hominem qui avide se in maleficium ingerit, et nullum crimen a se putet alienum, ait illum « bibere quasi aquam iniquitatem: » aqua enim in sermone divino hieroglyphicum est abundantia; id opinor factum ob magnam aquarum copiam, cum fere ubique reperitur. Hinc etiam magnitudinem iræ suæ Deus et velut abundantissimam copiam atque redundantem Osæ ore aquæ similitudine amplificavit *Ose.* v, 10: « Super eos effundam quasi aquam iram meam: » inde putat Jacob nuncupati fuerit vocabulis « latitudinis et abundantia, » ut Moyses in *Genes.* cap. xxii prodidit; unde patet maxime obviam videri in arcanis et quæ significationibus, ut pro copia et affluentia

Aqua hieroglyphicum abundantia.

ponatur; ut pluribus exemplis probat noster Delrius in *Adag. sacræ Vet. Test.* part. I, adag. 51. Simili quoque phrasi *Psal.* xiii, 4. dicitur: « Qui devorant plebem meam sicut escam panis; » ubi vide quid annotavimus. 17-19. OSTENDAM TIBI, AUDI ME: QUOD VIDI NARBABO TIBI. SAPIENTES CONFIDENTUR, ET NON ASCENDUNT PATRES SEOS. QUIBUS SOLIS DATA EST TERRA, ET NON TRANSIIT ALIENUS PER EOS. — Novam caplans attentionem Eliphaz dictis suis fidem astruit; tum quod ea vidisset, tum quod ex majoribus accepit, quibus nullum conciliat auctoritatis, ut eorum intelligatur testimonium esse gravissimum: nam et sapientes erant (quorum testimonium tantum pondus habet in doctrina morali, ut regulam ac virtutis normam Aristoteles esse judicaverit) ac republicæ gubernatores, id quod significat cum dicit: « Quibus solis data est terra, » scilicet gubernanda et administranda. Estque hic perfectissimus sapientiæ gradus, ut non sibi solum, verum etiam aliis quis sapiat; hinc sapientem esse atque regem idem plane est, si lumina antiquitatis sophiæ magistros audiamus: *ἄγχιον γὰρ τὸ σοφόν, regale quilibet dominansque est sapientia*, ut prodit Aristoteles lib. I *Rhetor.*, unde, inquit, sapientem esse videtur tam jucundum, quod τὸ ἄγχιον, *imperare sit omnium jucundissimum*: itaque stoici, ut animadvertit Clemens Alexandrinus lib. II *Strom.*, regnum, sacerdotium, prophetiam soli sapienti tribuebant, a quibus accipiens, opinor, Speusippus aiebat solos sapientes esse reges et principes. Plato vero tanquam ex oraculo sapientiam nominat *regalem scientiam*, quod illam possederit, sive princeps seu privatus fuerit, esse *βασιλεύς, regem*; aiebatque beatas eas republicas fore, quibus philosophi principes imperarent. Tales utique fuisse illos, quorum auctoritatem hic interponit Eliphaz, haud obscure proficitur; præsertim quod cura tanta atque sapientia eos terram rexisset, deat, ut « alienus non transiret per eam; » id est, ut hostes atque predones neque agros populare neque prædas agere auderent, neque republicam bello tentare aut saltem in potestatem redigere possent: id enim sapientia et industria potius fit ejus qui republicam gerit quam ullis aliis opibus atque presidiis. Id quod huic tenet tractat Ecclesiastes cap. ix, 13, ac vehementer dolet id homines latere: « Hanc quoque, inquit, sub sole vidi sapientiam, et probavi maximam: Civitas parva, et pauci in ea viri: venit contra eam rex magnus, et vallavit eam, extruxitque munitiones per gym, et perfecta est obsidio: inventusque est in ea vir pauper et sapiens, et liberavit urbem per sapientiam suam; et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudinem. Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, et verba ejus non sunt audita? » etc.; unde patet quanta vis sit sapientiæ, quæ non raro absque cede et sanguine tra-

Vers. 17. 18 et 19.

Sapientia testimonium habet magnam pondus.

Sapientia regalia virtus.

Sapientia est optima virtus publica.

Sapientia prevalat viribus corporis.

culentos reges barbarosque subjugavit. Huius rei exemplum vide sapientissimum pontificem Leonem vere Magnam non tantum ferocissimum Humorum regi Attilæ, qui a crudelitate flagellam dei cognominabatur, sed toti etiam ejus exercitui victoriosi insolentem unicum et inermem oppositum; et tamen tam potenter eorum animis dominatus est, ut retro abire jussis Romam excedio, Italiam vastitate liberaverit; nec minori sapientie laude non ita multo post Geiserico jam urbe potito persuasit, ut a stupris, incendiis ac cædibus abstineret: ita Glicerius in Vita ejus, et Baronius anno Christi 432. Quid S. Franciscum Xaverium commemorem, illustre Societatis nostre deus? qui irruente in Travancoridem magna Bagadarum manu, jam jamque christianorum jugulum imminente, ut suos protegeret, nudam pecus eorum macronibus obiectit, acerbisque verbis eorum demerentiam castigavit. Nec vero mentis ardorem ex vultu et oculis micantem barbari tulerunt; sed vive miraculo audacie obstupescit, sive reverentia virtutis permoti, Francisci causa cæteris pepercuerunt. Ita Tursellinus lib. II. Vit. S. Xaver. cap. xi. Mellior est igitur sapientia quam arma bellica, uti etiam aperte testatur Isaias dicens cap. v. 13: « Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, et nobiles ejus interiorum fame, et multitudo ejus siti exaruit. »

Et non abscondunt patres suos. — Hoc subobscure in Hebræo et in Latino ponitur: nam in Hebræo ad verbum si convertamus ita est, non abscondunt et patribus suis; clarius Septuaginta convertunt, *ὡς ἐκρύβον πατέρας αὐτῶν*, non abscondunt patres eorum; sed longe clarior Chaldeus, qui reliquias etiam interpretibus magnam hoc loco lumen affudit: « Non absconderunt que tradita sunt a patribus eorum. » Significat ergo Vulgatus, q. d. Non abscondunt patres suos sibi narrasse; Hebræus, non abscondunt ea se audivisse et patribus suis.

Itaque declarat Eliphaz per manus majorum hanc accepisse doctrinam; que discendi ratio tantam tenet auctoritatem, ut oraculi vim habeat. Non potest igitur ea doctrina non singularis et eximia esse, quam Eliphaz fuerat expertus, quam etiam per manus sapientum et antiquorum hominum, qui rempublicam optime gesserant, accepit. Que autem istiusmodi doctrina sit subjungit:

20. CUNCTIS DIERUS SCIS IMPUS SUPERBIT: ET NUMERUS ANORUM INCERTUS EST TYRANNIDIS EJUS. — Amorem propriæ voluntatis in superbis residentem notat: superbia enim est immoderatus appetitus propriæ excellentiæ, ex quo profecto nascitur, ut superbi, qui nemini subijci patiuntur, suam querant explere voluntatem, et sua desideria perficere. Est nempe magna excellentia, ut quis in his que vult et cupit a nullo dependeat; sed sit pro ratione voluntas, et *ἐπιείκεια* atque aliquid vult sine ulla contradictione illud expleat. Primum igitur impii superbiunt, suam immoderate excellentiam appetunt, sup<sup>er</sup> alios ceterum tur; deinde tyrannidem exercent, aliosque ad suam voluntatem explendam adigunt, et ad sua desideria executioni mandanda, licet sint inefessissima, minis et terroribus venire compellunt: sed ostendunt se non minus stultitia quam superbia delinquere; quia stultissimum est tam brevi atque incerto amorum curriculo injuste agere, alios per violentiam opprimere, et nullam reddendæ rationis recordationem habere. Nec mirum, quod omnis superbus tyrannidem exercere dicatur; quoniam qui exterius non potest alios per vim ad suam voluntatem pertrahere, saltem interius per desiderium explet. Et, ut dixit in hunc locum S. Gregorius lib. XII. Moral. cap. X, « non nunquam alius in republica, hoc est per acceptam dignitatis potentiam, alius in provincia, alius in civitate, alius in domo propria, et alius per nequitiam, hoc exercet apud se in cogitatione sua. » Non obscure id ex superbi Nabacho donosoris historia colligitur: hic prius Dei reverentiam et cultum præcipere cogitavit, deinde voluit, et concupivit, et statim sine ulla mora ad opus perducere conatus est Dan. iii. 1: « Fecitque statuum auream, et convocavit satrapas, magistratus et iudices, duces et tyrannos, et præfectos, omnesque principes regionum, » ut statum sue divines honores tribuerent. Idem quoque rex vidit somnium; et cum expersiceretur, eunæque phantasia esset oblitus, insomni tum memoriam tum interpretationem concupivit Dan. iii. 3: « Statuque vocavit ariolos atque maleficos, dixitque illis: Sermo recessit a me, nisi indicaveritis mihi somnium et conjecturam ejus peribitis et vos, et domus vestræ publicabuntur. » Superbia huic regi (erat enim admodum superbus) tantum explendæ propriæ voluntatis desiderium immisit; quia propriæ excellentiæ appetitus hominis facit sue voluntatis amatores et suorum desideriorum exactores diligentissimos.

S. Leo favorem Attilie composcit et Gaiserit.

S. Xaverius Bagadarum impetum sistit.

vers. 20.

Impetoria quid.

rate excellentiam appetunt, sup<sup>er</sup> alios ceterum tur; deinde tyrannidem exercent, aliosque ad suam voluntatem explendam adigunt, et ad sua desideria executioni mandanda, licet sint inefessissima, minis et terroribus venire compellunt: sed ostendunt se non minus stultitia quam superbia delinquere; quia stultissimum est tam brevi atque incerto amorum curriculo injuste agere, alios per violentiam opprimere, et nullam reddendæ rationis recordationem habere. Nec mirum, quod omnis superbus tyrannidem exercere dicatur; quoniam qui exterius non potest alios per vim ad suam voluntatem pertrahere, saltem interius per desiderium explet. Et, ut dixit in hunc locum S. Gregorius lib. XII. Moral. cap. X, « non nunquam alius in republica, hoc est per acceptam dignitatis potentiam, alius in provincia, alius in civitate, alius in domo propria, et alius per nequitiam, hoc exercet apud se in cogitatione sua. » Non obscure id ex superbi Nabacho donosoris historia colligitur: hic prius Dei reverentiam et cultum præcipere cogitavit, deinde voluit, et concupivit, et statim sine ulla mora ad opus perducere conatus est Dan. iii. 1: « Fecitque statuum auream, et convocavit satrapas, magistratus et iudices, duces et tyrannos, et præfectos, omnesque principes regionum, » ut statum sue divines honores tribuerent. Idem quoque rex vidit somnium; et cum expersiceretur, eunæque phantasia esset oblitus, insomni tum memoriam tum interpretationem concupivit Dan. iii. 3: « Statuque vocavit ariolos atque maleficos, dixitque illis: Sermo recessit a me, nisi indicaveritis mihi somnium et conjecturam ejus peribitis et vos, et domus vestræ publicabuntur. » Superbia huic regi (erat enim admodum superbus) tantum explendæ propriæ voluntatis desiderium immisit; quia propriæ excellentiæ appetitus hominis facit sue voluntatis amatores et suorum desideriorum exactores diligentissimos.

Septuaginta vertunt, *πάς ὁ βίος ἀνεῖναι; ἐν ἀνομιῇ, ὅμνην βίαν ἰμπῆν ἐν σολικιτινῆν*; hebraice est *perterritus*, seu instar parturientis est in magnis angustiis, et dolore conficitur: non enim potest non dolere et vehementer angere, qui rationis gubernaculo destitutus variis perturbationibus agitatur; et ob eam rem dicit David *Psal.* xii. 3: « Contritio et infelicitas in visis eorum: viam pacis non cognoverunt; » et vel ob hoc solum impius semper angitur, quod tempus tyrannidis ejus sit incertum, time-tque omni momento precium iri in quo maxime ejus amentia declaratur, qui cunctis diebus superbiti Doque resistat, cum ignoret quandiu tyrannidem exercere et aliis infestus esse possit. Declaratur hic etiam eorum quos opprimit tantum sit miseria, cum lateat eos, quamdiu tyrannidem tantam perpassuri sint; que res vehementer angebat Davidem dicentem, *Psal.* xii. 3: « Usquequo exaltabit inimicus meus super me? » Porro verbum de verbo traducere He-

Superbi tyranni demerent ocat.

Nabe chodensor exemplum regis impii aspernit.

Vers. 21

Impium mala conscientia perterritus et cruciatur.

21. SONSIT TERRORIS SEMPER IN AURIBUS ILLIUS: ET CUM PAX SIT, ILLE SEMPER INSIDIAS SUSPICATUR. — Eleganter sane pingit Eliphaz hominem impium, qui nusquam tanto pacatusque est et sui compos, ubique panico velut terrore cruciatur: hoc nempe primum neque minimum est peccati incommodum, quod tollit pacem vehementissimeque perturbat, vim animo inferente conscientia, que horribilem metum et infandam undique perniciem intendit: nam subito ac scelus hominem occupavit, ut Tisiphone poetica, ferro et flamma et multiplici dracone cincta, furiali motu circumstitit, nec terrificus illius aspectus et crudeles visus vitari possunt: adest domi, foris, ubique, etiam in lecto medicisque noctis tenebris; neque sceptrum coronatorum regum, non excubias militares principum, non crepantes auro vestes, non palatia marmoribus radiantia, non antitheta concinna eloquentium, aureumque dicenti flumen, non confortia dialecticorum dicta reveretur, audacter ingerit se, atque inter mimos et ludiones tragediam cruentam excitat. Licet dulcis harmonia resonet et oblectet aures in elegantia opulenti convivii et amorum suavitate, inter jocos delicatos et risum ludentium dilacerat pectus conscientia, et sævum pugionem in pulmone defigit. Hanc sæculi sapientes summam esse criminum ponam atque ultionem putant, tametsi alia nulla constitueretur, ut eleganter Juvenalis *Satyr.* 13:

Exemplo quolennæ malo committitur ipsi  
Displicet auctori: prima hæc est ultio, quod se  
Judice nemo nocens absoluitur, improba quamvis  
Gratia fallax prætoris vicierit unam.

Et ibid.:

Cur tamen hos tu  
Evasisse putes, quos dira consista culpa  
Mens habet et vitios, et surdo verbere cedit  
Occillum quærente animo tortore flagellam?  
Pana autem veniens et multo sævior illis,  
Quos aut Cædicius gravis invenit aut Rhodamantus,  
Nocte dique suam gestare in pectore testem.

Id patuit in Caino, qui non prius animi innocentiam quam mentem et constantiam perdidit, qui tantquam furiarum tridis ardentibus crudeliter stragitatus, et fustes terroribus debilitatus et

amens, totam vitam profugus egit, neque se vitare potuit. « Magna vis obnoxia conscientia, » inquit D. Ambrosius in *Psal.* L, dat exemplum in Adamo et Eva, cum pudendo se facinore impiasset: « Cupiebant se abscondere, quos nemo querebat. » In illis ergo et similibus clarum documentum dedit vindex scelerum Deus, nullam improbis et facinorosis hominibus esse animi tranquillitatem, nec securus unquam plane consistere. Nam id omnibus solere accidere ex oculis divinarum litterarum constat, præcipue Salomone, qui singulari judicio *Sap.* xvii, 10, dixit esse « timidam nequidiam, » et in eo ipso dari « testimonium condemnationis: » reus enim a seipso peragitur impius, nec desunt indicia maleficiorum, cum sit conscientia mille testes, a qua prius quam a Deo damnatur. Pergit Salomon de timida nequidiam dicens: « Semper enim sæva præsumit perturbata conscientia, » vel, ut est in Sixtina Bibliis, *perturbata per conscientiam*, quod est clarior: Nequitia, inquit, hoc molum et aculeum conscientia mente animoque præcipit et apprehendit horribilia quedam, que jamjam imminere videantur. Quod autem dicitur ab interprete nostro nequitia *perturbata*, in Græco est *ἀνεπιείκεια*: que vox significat obsidionem coronantium hostium atque gentium, qui ruinam omnium rerum et eversionem moliantur. Ut significetur perturbatio tanta, seu tumultus, quo major dici nequeat, sic in Evangelio Christus de obsidione Jerosolyma loquens eadem voce utitur *Luc.* xix, 43: « Circumdabant te inimici tui vallo, et *καὶ οὐκ εἶπον οὐκ εὐνοῦντες, et consustabant te undique*. Ait igitur Sapiens ipsum scelus animique nequitiam divino jussu conscientia velut copis contineri terrore frementibus obsideri arctaque teneo. Quis res valde presentem locum illustrat, et cur paulo ante timidam nequitiam appellaverit: est enim proprium conscientia sæucia, ultionem semper cogitare quam commeruit, ac declinare nititur. Nihil autem frequentius, quam ad strepitum quemlibet expavescere, et jamjam lictores severi judicis jussa expletoris suscipiari. Profecto dum per campos abijt profugus, ubi omnia plana, neque latebræ deprehenduntur ullæ, sibi nequit fidere; sed animo visisque turbulento antra suspiciatur, et intra virgulta exigua insidias sibi cernere videtur: vere Seneca prestantis animi vir *Epist.* 97: « Ipsas nequitia tenebras timet, » quod in verum sequentem optime quadrat, qui sic habet:

22. NON CREDIT, QUOD REVERTI POSSIT DE TENEBRIS ILLIS AD LUCEM, CIRCUMSPECTANS UNIQUE GLADIUM. — Quod si, inquit, ut mos est, latebras ipse petat (nam qui male agit odit lucem) nunquam credit valere se tuto in lucem progredi; sed mos a proderit, a paratis excubitoribus capiendum et necandum: quocirca creberrime omnia oculis perlustrat, et loco uno quietus consistere nequit, arbitratus se undique infestis ensibus telive peti,

Magna vis obnoxia conscientia.

Timida nequitia.

Ipsas nequitia tenebras timet.

Vers. 11.